

STRIGILIS
PAPIRII MASSONI,
SIVE

REMEDIALE CHARITATIVVM CONTRA RABIOSAM
FRENESIM PAPIRII MASSONI IESVITAE EXCVCVLLA-

*ti: per Matagonidem de Matagonibus, baccalaureum formatum in iure canonico,
& in medicina, si
voluisset.*



Ex lib. Pap. Massoni contra Ho-
romanum pag. 10.

*Hypocaustum Germanorum est hara porco-
rum egregie sorbentium.*

M. D. LXXV.

STRIKES

MASSON

REMEDIAL CHAIR

CONTRA LARIO

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON

MASSON



STRIGILIS

PAPIRII MASSONI, SIVE

REMEDIALE CHARITATIVVM

CONTRA RABIOSAM FRENE-

sim Papirij Massoni Iesuita excen-
cullati: per Matagonidem de

Matagonibus, baccalan-

reum formatu in iure

canonico, & in

medicina, si

voluisset.



ERE transito, quando fabæ fue-
runt in flore, habuimus vnum fa-
ctuum de Aluernia, Ant. Matha-
rellum, qui nobis fecit trāsire tem-
pus in inuestitura sibi fienda cum
capitio viridi, tintinabulis, & vesica cum pisfis ab-
intus canore resonantibus. quod nobis accidit tē-
pore peroportuno, scilicet gaillardissimo mense
Maio, quo gentes omnes lætitiæ & iucunditati
indulgere solent, & apparent herbæ frondēsque
virentes, & garritus auium corda hominum lati-
ficant: *vt not. Doct. post gloss. in l. 1, C. de maiuma.*
lib. xj. Verum enimvero mediussidius canicula-
ribus istis diebus repertus est quidam Papirius
Massonus, longè alio accidenti percussus: qui, si
meum Monitoriale legens habuisset cerebrum

tranquillum, ex alieno malo sapuisset: vt vulgari-
 ter dici solet, Casus demeritis correctio fit sapiētis:
gloss. in §. fi. Auth. de mand. princip. sed ex contra-
 rio simulatque legit illud meum Monitoriale,
 frenetico quodam humore correptus, & atra bili
 (quæ, vt dicit Liliū Medicinale, furores causat)
 pauoribus ac visis nocturnis perterretur, aquam
 omnem & præcipuè lacum Geneuensem expa-
 uescit, & instar canum latrat: & discurrendo per
 plateas vrbis Parisius cœpit imaginari, quòd erat
 morsus à mastino quodam furioso, prope lacum
 Lemanium: & quòd propterea factus erat rabio-
 sus: & est in magno periculo vitæ, nisi furore illo
 in dies Mandrabuli more crescente, sibi quan-
 tocius succurratur: sicut Matthiolus scribit acci-
 disse Baldo, Iuris vtriusque monarchæ (excepto
 tamen Bartholo) qui cum paruulum canem suum
 oscularetur, morsus in labiis rabie interiit. Simili
 modo Papirius Massonus per tale accidens fana-
 ticus & furiosus factus, iactādo caput & brachia,
 & more insanorum deridenda loquens (vt legisla-
 tor loquitur in *l. 1. §. apud. & l. 4. ff. de edil. edict.*) in
 illo terribili calore suæ frenesis despumans, & fe-
 miserabiliter præ desperatione dilacerans, clamat
 illum canem à quo morsus est, habere nomen
Matagonides de Matagonibus: credens quòd ista
 sint nomina mastinorum prope lacum Geneuen-
 sem, & macellum laniorum prædictæ vrbis: &
 extunc in quibusdam paruis interuallis obnubi-
 lantibus, magis quàm dilucidis, semper horribi-
 liter timuit appropinquare macella & tabernas
 laniorum: siue ne capiatur ab illis pro vitulo, &
 statim

statim excoiatur : siue ne mordeatur ab illorum canibus. Et quando vadit per vicum Collegij Nauræ, vbi sunt hinc inde laniones, non deflectit nec ad dextram, nec ad sinistram: sed semper vadit per medium russelli, ferrando nates, & mediam viam amplectendo: ad exemplum Iustiniani legislatoris §. *fi. Inst. quib. man. non lic.* Or omnes sciunt quòd prælibatus Pap. Massonus à longo tempore solet frequentare claustrum Mathurinum, prope vicum S. Iacobi: vbi S. Mathurinus facit multa miracula in talibus accidentibus freneticorum & furiosorum, per medium virgarum & virgatorum quorundam valentium, quæ tales patientes curant, verberando illo ab initio *Miserere vsque ad vitulos.* Quinetiam pro illa familiaritate & frequentatione fecit ibidem sepelire Franciscum Balduinum, cognomento Ecebolium, dominum & præceptorem suum singularissimum, vt ipse dicit in epitaphio suo: *Procurante me (inquiens) cõditus est in claustro Mathurinum.* Et quoniam procurator prædictorum Mathurinum certioratus de istis melancholicis accidentibus præfati Pap. Massoni, præsentauit Priori & venerabilib. monachis eius Ecclesiæ Mathurinorum requestam, quatenus prælibato Massono maturè prouideretur, & ei se adiunxit procurator Sancti Mathurini, vulgò *de l'archan.*, quasi habens ius principalius in omnes fatuos totius mundi: ex diuerso Procurator & Matricularij sancti Huberti, qui sanat rabiosos, remonstrauit eum esse totaliter furiosum: imò potius rabiosum, producens pro testimonio euidenti nouum libellum furi-

bundiffimè scriptum contra quendam Iuristam,
 nomine Hotomanum, & ego à quibusdam sum
 requisitus, videre prædictum librum, & consule-
 re vtrum dictus Massonus sit habendus pro sim-
 plici fatuo, an pro totaliter furioso: apostillaui
 quædam in prædicto libro, ex quibus ad præliba-
 tam consultationem responderi poterit. quam-
 quam in hac ardua materia more glossæ exclama-
 re licet, O mirāda nouitas, subtilis subtilitas, quis
 eam ruminabit? *gloss. in l. 3. ff. de verb. obl.* Ergo
 pro euidentialibus præsupponendum est, quod
 quauis stultus, furiosus, fatuus, freneticus, de-
 mens, insanus, mente captus, de iure videntur æ-
 quiparari, vt dicit Boer. *Decis. 33. nu. 42. i. vol. al-*
legando textum in l. tam dementis, C. de episc. aud.
 tamen consuetudinariè Doctores ponunt hanc
 differentiam inter fatuum & furiosum: quod Fa-
 tuus est cum quieta dementia, Furiosus autē cum
 impetu & rabie: vt doctrinaliter loquitur Bald. in
l. humanitatis, nu. 15. C. de impub. & al. subst. Or de
 fatuo posui nuper vnum exemplum in meo Moni-
 toriali, de illo Iudice Parisiensi, qui sententiauerat
 folui odorem carniū cum sonitu monetæ: de
 quo præter inibi allegata reperio loqui D. Iaso-
 nem de Mayno, in *cons. 178. in causa nu. 1. vol. 2.* Sed
 præter & vltra illud exemplum, reperio aliud no-
 tabile apud Socinum de quodam qui emerat bo-
 uem, & cum videret illum non habere dentes de-
 super, intentauit contra venditorem actionē red-
 hibitoriam, quasi naturaliter boues haberēt den-
 tes desuper. *Bartol. Socin. in cons. 47. intentato. nu. 2.*
vol. cons. 1. Sed de furioso prælibatus D. Iason po-
 nit

nit exemplum valde conforme cum actis & gestis Pap. Massoni, de eo qui iactat hinc inde brachia, & facit clamores in plateis, in domo & in ecclesia, & vlulando vadit per vicos, & proiicit lapides contra primum obuientem, qui nihil illi fecit. *Ias. cons. 141. circa primum. nu. 6. vol. 4.* vbi tamē non allegat textum meliorem de corpore iuris in *l. 2. C. de iudeis. ibi, saxis & alio genere furoris.* super quo tex. Paul. de Cast. fundat pulchrum suū discursum de furiosis & mente captis, in *Cons. visis nonnullis, 22. per tot vol. consil. 4.* Or prædictus procurator & matricularij S. Huberti producunt testes, qui deponunt dictum Massonum ore sicco & oculis rubentibus (sicut olim Magister Ioannes de minis ardentibus) habere diuersimoda & terribilia fantasmata, videre dæmones nigros & monachos infumatos, picatos, grisos, & timere de non timendis, & ridere de non ridendis, & proferre multa fatua, quæ non habent caudam neque caput, & cum furore & lupinositate discurrere, quasi haberet dæmonium lupinum: quæ Doctores scribentes in medicina dicunt esse certa signa manie & furoris: vt late in Lilio Medicinæ dicitur. Quocirca principaliora puncta illius noui contra Hotomanum libri quem Massonus compilauit, apostillauit: vt disputando ad partes determinari possit, vtrum præfatus Massonus sit procuratori Mathurinorum, an potius procuratori S. Huberti adiudicandus. Ergo in primis & ante omnia notandum est, quod prædictus Massonus credens in isto frenetico accidenti quod Hotomanus erat autor mei Monitorialis quod nuper compilauit,

clamat & ululat terribiliter, aduersus ipsum, appellando illum canem & mastinum & molossum: & comminando quòd eum ponet in suis Annalibus, quos componit ex autoritate Do. de chiuernio, qui fecit ei dari sexcentum libras à Rege, vt componeret Annales contra Hugonotos. Papæ! dixi ego: & quis tam citò detulisset librum Matharelli ad Hotomanum trans Alpes? Certè oportet hoc factum fuisse per miraculum: sicuti legitur in vita Beati Arigij, Episcopi Vapinensis, quòd ascendit super Diabolum, & fecit se deportari in vigilia cœnæ Paschatis à Vapinco vsque Romam, vt nunciaret Papæ, qui in graue peccatū mortale incurrerat, ne crastina die chrisma conficeret: vt recitat Hostiensis in summa *tit. de probat. §. quis debet, col. 2.* Quinetiam prædictus Massonus valde criminaliter obiectat Hotomano, quòd suum nomen mutarit. Euohahe! Et qualis est ista frenesis? Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum: vt dicit *glo. in authen. vt ind. sm. quoq. suff. §. oportet.* At misi sunt ad me sex aut septem libelluli stercorei, vix continentes singuli vnum aut alterum folium: quorum vnum, qui est De honesta corporis exercitatione, reperio intitulatum nomine Iohannis Massoni: in altero qui in scriptus est, *Elogia ciuium Rom. Iohannis Papirij Massoni*, in alio qui intitulatus est, *Elogium Karoli I x, simpliciter Papirij Massoni.* Est-ne hoc totum? Imò verò reperio epistolam de legatione Polonica, cum hoc titulo: *Papirio Namossio autore.* Item alterum in quo se appellat Galliam, intitulando eum: *Sermo Galliarum Regem salutantis*

salutantis. Item alterum intitulum Epitaphium
 Card. Lotharingi, *Papirio Massono autore*. Quo
 teneam nomen mutantem Prothea nodo? Certè
 si Massonus vnciam sani cerebri habuisset, nun-
 quam, id quod toties propalam & notoriè com-
 miserat, crimen esse dixisset: maximè cum muta-
 tio nominis, quæ sit sine fraude, & nemini nocet,
 licita sit: vt per *Bald. in l. j. C. de her. inst. & melius in*
l. j. C. quæ res vend. non poss. Certè oportet bene
 quòd Massonus non viderit And. de Isernia in Pro-
 logo Feud. vbi dicit qd vir reprehensibilis, si velit
 alios reprehendere, in quo ipse est reprehensibilis,
 debet ipsemet derideri: vbi allegat multos Iuris-
 cōsultos, col. 2. quāuis naturaliter facilius cognos-
 cim⁹ errores alienos, quàm proprios: vt dicit glos-
 sa magna circa *fi. in l. regula. ff. de fact. & iur. ign.* Est
 tamē possibile, quòd Massonus imitatus est Dom.
 Papam, qui in sua creatione solet suum nomen
 mutare: vt ostendatur ad permutationem nomi-
 nis factam esse mutationem hominis: vt dicit glossa
magistra in Rub. Sexti, in verb. Bonifacius. nam prius
 quàm Massonus esset Iesuita, dicebatur *Iohannes*:
 postquā incucullatus est, dictus est *Papirius*. Rur-
 sus postquam apostatauit ab illis, & excucullatus
 est, vocatus est *Iohannes Papirius Massonus*, more
 Romanorum, quasi esset de prosapia Papiriorum
 Masonum. deinde respectu Polonorū factus est
Namossus, aliquādo dicetur *Monassus*: aliquando
Manossus: aliquando *Sasmonus*, sicuti monachi
 omnes dicebantur olim *fratres*: postea quidam dī
 Etī sunt *fratres minores*: alij postea dicti sunt *Mi-*
nimi: veniet tempus cum dicētur *Minimuli*: &

deinde *Minimimuli*: & postea finis seculi. Redeundo ad propositum, in quantum taxa Hotomanum mutati nominis, posito, sine veritatis præiudicio, & non concessio, quòd nomen *Matagonides de Matagonibus*, sit fictitium: tamen cum tanta Massoni & sociorum despumantium rabies apparet, videtur quòd non fuisset malè ad propositum, assumere iocularè & ridibundum aliquod nomen ad pacificandam illorum rabiem, Mandrabuli more (vt Molinæus dicere solebat) in crescentem: sicuti cornemusa, & aliis musicis instrumentis ludi solet coram iis qui à Tarentulis morfi furore correpti sunt: vt Mathiolus testatur: vel coram iis qui à maligno spiritu vexantur, quòd Liliū Medicinæ appellat Dæmonium Lupinum: quorum furor & rabies cantilenis sedantur: maximè cum multi sciant quòd Rex Bresilli siue Calicuti, vestitus de plumis, & à quibusdam Normanniis ad Reginam Nauarræ adductus statim in introitu cubiculi tripudiando cœpit cantare cantilenam Matagonicam, de suo regno Matagonico, quæ fecit ferè permingere ridendo & Reginam & omnes ipsius domicellas. Sed transeamus vltra. Altera fatuitas Massoni ex eo ineuitabiliter ostenditur, quòd interrogatus à me non, quid esset Massonus, sed quis esset? respondit, *Ego sum homo.* nam pag. 5. b. *Ad primum caput* (inquit) *respondeo, hominem me esse, nō belluam.* quasi de substantia & non de qualitate interrogatus fuisset. verū tamen euohahe, aliquanto post pag. 10. ascendens super suos magnos equos bene magis & pertinentèr & categoricè respondit.

nam

nam etiam de quantitate in his terminis adiecit,
Qui quantusque sim, annales mei olim loquentur. O
quantum gigantem, elephanti corio tectum! O
quam magnum annaligallograghum, histori-
cogriphonem, bardocucullasinum! Certè ego
credo quòd incipiet suos annales per illud me-
trum antiquum *Torua mymalloneis implebo cornua
bombis.* Papæ! hoc erit satis ad faciendum permer-
dare caligas omnium Hugonotorum. & certè ita
est. Nam, vt modò dixi, dominus de chiuernio
fecit illi dari à Rege annuatim sexcentum libras
pro scribenda historia: dicens quia melior erat
Latinista omnium Regētium in vrbe Parisiaca: &
quòd solus triumphabat in collegio Plessiaco. ad-
deò vt etiam Hotomanum, quem putabant esse
Ciceronianum, incōgruitatis & malæ Latinitatis
reprehenderet. Et de facto, quòd non sit ludus,
certè pag. 12. exprobrauit illi incongruitatem, in
eo quòd decimum quartum caput suæ Francogal-
liæ his clausit verbis: *Sed iam tempus est ad institu-
tum nostrum redire.* cum (vt ipse ait) Diomedes &
Glaucus & alij Grammatici dicant, quòd dicen-
dum erat *Redeundi.* O cercopithecum incuculla-
bilem! O scarabeum stercoriuorum! & ex qua Ie-
suitarum latrina nobis iste scarabeus prodiit? Bar-
docuculle noster vter est melior Grammaticus,
Cicero, an Diomedes? At Cicero præambulum
suorum Topicorum eodem modo clausit, quo
Hotomanus caput illud Fræcogallia. *Sed iam tem-
pus est* (inquit) *ad institutum nostrum accedere.* & lib.
de orat. 2: *Tempus est iam de ordine argumentorum di-
cere.* Vade vade te occultatum Annalographoni-

ce, qui furaris pecuniâ Regis, mentiendo te esse magnum Latinistam: & tamen prima Latinitatis elementa adhuc ignoras. Vade te occultatû cum tanto de naso, qui tantus asinus quantus nemo vnquam in Arcadia natus est, Mineruam docere voluisti. Et ausus est percucullatus iste Iesuita Cerpithecus in folio intitulado Elogium Balduini honorabilissimum *Iurisconsuli* nomen sibi attribueret? Et rogo dicatis nobis, domine Iurisconsul te, nouiter impressæ, qui transitus fuisti Licentiatû Andegauî sub camino, quinam in Latino dicantur Nepotes? nonne textus definit eos qui nati sunt ex filio vel filia? *in l. i. & per tot. ff. de grad. cog.* At tu in folio quod intitulaisti Tumulus Margaretæ Valesiæ, vulgarem loquendi modum secucutus, Nepotem appellasti quem Fratris filiû dicere debebas. nam cum Henricum potentissimû Galliæ & Poloniæ Regem designares: *Henrici nepotis* (inquis) *memorabiles de segregibus victoria illam exhilararunt.* Et mox: *Viso prius nepote, quam illa filio.* Vade te occultatum asine Iesuita, cum tuis segregibus phariseis, qui reiecta cuculla tam grandes auriculas, Asini Cumani instar, ostendisti. Ex eodem sterquilinio nata illa sunt in Elogio Caroli ix. *Humor peregrine religionis.* quia Gallice dicimus, *Les humeurs.* Item illud archifatuissimum: *Odo, Gaspar, & Franciscus Coligni fratres tergemini.* Et quis vnquam præter Massonum truelliferum dixit *Tergeminos*, qui tam longis interuallis nati fuerant? Simile illud est in legatione Polonica: *Rex iurauit sua cuique iura seruaturum iri.* Quid? aususne es ultro lacescere Hotomanum, qui

qui adhuc nescias quę sit differētia inter Iudicem & Quęsitorem. Nam pa. 3. b. cū à me reprehensus esses, quòd nimis arroganter aduersus illum sentētiā pronuntiauiſſes, *At audi(inquis) Iudex sum, nō Quęstor.* Scholaris cucullate, vter pronuntiabat sententiā, Iudex, an Quęstor? Deinde qualis est illa brutalitas sermonis: *Iudex sum. minor enim fui quā iudicem decuit.* An nō hoc perinde est, ac si diceres, Sum asinus. minores enim auriculas habeo, quā asinus. Tu ergo, Massone truellifer, teipsum iudicem facis? Vtrum cæcus de coloribus, an surdus de musicis? Et dicatis mihi domine Iurisconsulte truellifer, an ignoras, quòd iudicium redditur nullum ratione incompetentiæ, cū quis non habet iurisdictionem super eum, quem iudicat? *vt in cap. si clerici, Ext. de re iudic. cum suis cōcord.* Sed tranſeamus ad alia. Tertia insaniæ probatio ineuitabilis est, in eo quòd Massonus mirabiliter se plangit, quod in meo Monitoriali facta sit mentio Cuiacij, Pisseuinij, Aurati, Aureliani, & aliorum Metrificatorum, qui pacificum & quietum Hotomanum & nihil de ipsis cogitātem vltroneē aggressi sunt. Dic mihi, noster Annaligraphonides, qui te illius magni Iurisconsultissimi Balduini Ecebolij scholarem fuisse gloriaris: an vnquam apud Bartholum legisti, quòd fatuis & furiosis offenditibus licet resistere cum moderamine inculpatae tutelæ? *Barth. in l. vt vim, ij. col. ff. de inst. & iur.* quòd si nondum legisti Bartholum, an non legisti saltem legislatorem in l. j. §. cū arietes, ff. si quadr. vbi dicit, quòd si duo arietes commiserunt (sub.

cornua)& vnus alterum interfecit: si is qui aggressus fuerat sit interfectus, nulla competit actio. Quid? tu ergo voluisti irritare crabronem, & nō sentire illius aculeum? An nescis quòd isti Hugonoti sunt sicut Echo, quæ, si nihil dicas, solet tacere: si prouocatur, respondet. Sed ista est consuetudo Italogallorum omnium, qui totam nostram Galliam permerdarunt. volunt clamare contra Hugonotos, & nolunt sibi respōderi. volunt occidere & rapinari & spoliare & massacrare: & tamen nolunt tangi, ac ne libros quidem de suis cruentis lanienis & carnificinis componi. Sed si quid de ipsorum furorib. imprimatur, clamāt esse libros seditiosos, vlulant esse tympana & tubas & incētiua bellorum ciuiliū. Quid multa? faciunt sicut ille lupus, de quo Barth. post Aesopum recitat, quòd accusabat agnum bibentem in inferiori parte fluminis. sed bene dicit Barth. quod iniuste illum accusabat, *in l. cum supra, nu 4. C. de re milit. lib. 12.* Et hoc facit ad vulgares plāctus & quere las istorum, qui quotidie dicunt, Hugonoti non deberent talia & talia facere. Religio reformata istud non docet. Hypocritæ, tollite ex oculo vestro trabem: & postea festucam ex alterius oculo tolletis. Bene & eleganter dicit Iurisconsultus, Iniquum est, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibet. *l. si vxor, §. Index. ff. de adulter.* Quartum dementiae Massonicae signum est, quòd cum Cuiacium maximum Iurisconsultorum omnium appellet, tamen pag. 5. præsumptuose & pompatice se iactat, non quod fuerit, sed in terminis, quòd sit Balduini auditor: cum tamen

men omnes sciant quòd prædictus Cuiacius non fecerit vnquam numerum de Balduino, plus quàm de suis veteribus ocreis: & quòd præfatus Balduinus nunquam gustauit de brodio iuris, nisi primoribus labris: vt loquitur Euerard. in cons. i. vnde meritò iuris dolor non doctor nominari debebat: vt loquitur Cynus in l. minus instructus, C. de acq. poss. Quinimo multis vicibus appellatus est Doctor necessitatis: hoc est, sine legibus: quia necessitas non habet legem: vt not. in li. C. de oper. lib. Sed non est hìc omittendum, quòd Massonus pag. 5. b. frequentans sæpe (vt iam suprà prælibatum est) in Ecclesia & claustro Mathurinorum, vbi Balduinum Ecebolium inhumauit, volens facere horrere & tremere Hotomanū propter suā Frācogalliam, dicit sic: *Si accurrero ad eius tumultū, implorabo manes boni Iurisconsulti, vt mihi suppeditent argumenta contra tuam Frācogalliam.* per quod euidentialiter demonstratur, quòd Massonus vel est Nigromanticus, vel demoniacus frequentans sepulchra mortuorum, sicut dicitur de duobus demoniacis in Euangelio. Math. 8. vel quòd extunt fentiens suam mariam & frenesim appropinquare, sæpè numero frequentabat prædictam ecclesiam S. Mathurini: vt eius pietatem in suum adiutorium imploraret. Verum enim uero mediussidius non est in hoc passu silentio prætermittendum, quòd Massonus & Auratus Reginus poeta laureatus dicunt in præfato epitaphio Balduini, quòd fuit euidens præfagium, Balduinum fore magnum Iurisconsultum, quia semel cūm esset puer, ingressus in aulam Imp. Caroli v. ebibit

vinum ipsius Maieſtati ante ſomnum offerri ſolitu-
tum, quod Germani appellant *Schlaſſdrunck*.

„ Qui Caſaris puer ebibit

„ Sitiens lagenam: Caſaris leges ſacras

„ Sientius ebibet. Quam miranda
canunt, ſed non credenda poetæ? Ergo quia
Bonifacius Papa quando comedit ſemel omnes
offas ſuorum Cardinalium, dicebatur habere om-
nia iura inſcrinio pectoris: ſi Balduinus in ipſius
culina brodium illud abſorbuiſſet, præſagium
fuiſſet, ipſum fore magnum iuris canonici conſul-
tum. At nemo eſt quamlibet modicum initiatus
in iure, cui libri Balduini, ſi caſualiter in illos in-
ciderit, non moueant vomitum: & vulgariter à
Doctõrib. ingredientib. in officinas librariorum
appellatur Vomitoria. Quocirca enimvero cùm
tu Maſſone truelliſer tantum aſinũ præceptorem
in iure habueris, certè bene verificaſti dictum
aur eum Iaſonis de Mayno, quòd malus doctor
nunquam facit vnum bonum ſcholarem. *Iaſ. in l.*
qui in aliena, §. interdum, vlt. notab. ff. de acquir. poſſeſ.
Et quòd ita ſit, & ne loquamur memoriter, dico
quòd noſtra conſuſio corroboratur pag. 5. vbi
Maſſonus ſcholaris Balduini permerdando char-
tam Dionyſij Pratai chalcographi, hanc mirabi-
lem & valde nouam ſiue iuris, ſiue brodij Baldui-
nici ſententiam poſuit: *Indicandi poteſtas ei data cen-*
ſeri debet, qui iuris autorem aduerſus iuris inimicos
defendere conatur. Potz tauſent! dicunt iſti Germa-
ni, quos tu Porcos appellas: vtrum iſta eſt ſenten-
tia iuris, an crepitus aſini? Ergo ſecundum iſtum
ſcholarem Balduini, is qui vnã cauſam defen-
dit,

dit, iudicandi de illa potestatem habet. Hæccine est tanta illa iuris scientia cuius fiducia ausus est se iurisconsultū intitulare? Vade vade Scarabee, te occultatum in tumultum Balduini, vt cum illo talpis insidieris. Sed massonus dicet fortasse, quòd prædictus Balduinus licet parum de brodio iuris degustasset, tamen erat profundus in historiabilibus: adeò vt propterea Massonus ceperit fantasmam scribēdi annales & historias. O scientificum historiographum Gallicum! qui pag. 12. dicit se inspecto nomine Hunibaldi in meo Monitoriali, cucurrisse per omnes apothecas librariorum Parisius, & interrogasse omnes & singulos aduocatos Parisiacos. sed omnes respondisse, (hæc illius verba sunt) *Hunibaldum nunquam fuisse, nec esse potuisse*: qui tamen ante duos annos pro secunda aut tertia vice fuit impressus Basileæ in officina Henricipetri, & à Tritemio & Beato Rhenano & aliis multis allegari solebat. Sed cuohahè. Pergamus ad alia. Quintam fatuitatem ex eadem Balduini schola siue potius latrina Cercopithecus noster attulit pag. 6. vbi cū ex Monitoriali meo didicisset, quòd is qui produxit pro se instrumentum, tenetur etiā illud contra se recipere: arguit quòd igitur Hugonoti qui allegāt dicta Monachorum contra Papistas, debent illa contra se recipere. Sed domine Balduini scholaris, dicatis mihi pro pari, vtri prius produxerunt scripta monachorū? Papistæ an Hugonoti? Certè patet ad oculum, quòd fuerunt Papistæ? Quare tu non potes ista maiore vti ad syllogisandum: sed potius Hugonoti: quia sciunt omnes Practici, quòd qui pro se testem aut instrumentum produxit, non potest illum vel illud reprobare: sed tenetur illum vel il-

lud etiam contra se recipere. text. melior de iure
in l. si quis testib. C. de testib. & idem tenent Inno. &
Hof. in c. fi. de fid. inst. Bald. in addit. Spec. de inst. edit.
versi. productio. Nunc igitur dicunt isti Hugonoti:
 Non si vobis monachorū dicta obiectamus, vicif-
 sim ea cōtra nos recipere tenemur. quinimo pro-
 ductio instrumenti pōt acceptari, quatenus facit
 pro se, & non aliter: vt dicit *Barthol. in l. Aurel.*
§. pen. ff. de lib. leg. & in l. j. §. j. in fi. post glo. ff. de eden.
 Profectō ego valde mirarer quōd tā imperitus iu-
 ris, tamen tā audacter ausus sit Hotomanum (cui
 Matharel. tantā Iurisprudētiæ laudē attribuebat)
 vltroneē irritare: nisi magnum quoq; illū Theo-
 dorum duobus archifatui libri sui locis prouoca-
 set: qui non pluris istas iniurias facit, quā cre-
 pitum asini mortui. Sexta scholaris Balduinici fa-
 tuitas patet ex pag. 6. b. vbi dicit grauissimam esse
 disputationē, Vtrum Reges Gallie ex successio-
 ne fuerint, an vero ex electione? At ego iā in meo
 Monitoriali prædixeram & ostēderam, quōd ista
 quæstio non magis hoc tempore facit ad propo-
 situm, quā vtrum mater Euandri plures habe-
 ret dentes supernē, an infernē: quia certum est,
 quōd Reges nostri plus quingentis abhinc annis
 semper ex successione fuerunt. Quare distingue
 tempora, & conciliabis scripturas: vt dicit *glos. in l.*
agraria. ff. de term. mot. Nam in Frācogallia recitan-
 do modos faciendi prædecessorum nostrorum,
 dictum & probatum fuerat, quōd olim, quōdam,
 antiquitus (arripe aures Asinemaſsonides) olim,
 inquam, & antiquissimo tempore, Reges elige-
 bantur, & deponebantur in Parlamento trium
 Statuum: cuius rei testimonia multa sunt in Fran-
 cogallia

cogallia. Sed qualis est ista consequētia? Antiquis temporibus Reges Franciæ habebāt longos crines circuntortuplicatos, sicut puellæ Suitsensium & Germanorū. ergo nunc idem facere deberent. Sed Massonus Annaloscribonides, historicographicus, opponit ex historia: & obiecit nobis auctoritatem Agathij & Cedreni, qui dicūt Regum filios in Gallia ex patriæ consuetudine patribus successisse. Arrige iterū aures, asine Cumane, & audi tres solutiones ad istam oppositionē. Prima est, quod olim in Francogallia fuit quidē semper consuetudo, sicut in aliis regnis electiuis, (velut in Polonia, Suecia, Dania) vt in electione Regum, ipsorum filij cæteris omnibus præferrentur: tum quia verisimile est eos bene & regaliter institutos: tum quia ista ratione Reges patres inducuntur ad suos filios bene instituēdos, & morigerandos, vt populo placeant. Sed tamen idem filij in comitiis populi eligebantur: & etiā nunc eliguntur, creantur, & constituuntur à comitiis, in Polonia, Suecia, & Dania: & hoc clarē & euidenter probō ex eo quod Rhegino libr. Chron. 2. scribit sub anno DCCCVI. vbi de Carolo Magno loquitur: Cum primoribus (inquit) & optimatib. Francorum de pace constituenda & cōseruanda inter filios suos, & de partitione regni placitum habuit. Secunda solutio ad oppositionem ex Cedreno & Agathio hæc est, quod Franci & Galli scriptores, qui fuerūt testes oculati, sicut Hunibaldus, Gregorius Turonensis, Aimoinus & similes, plus debent habere fidei & credentiæ apud nos, quàm duo illi Græci longinqui & alienigenæ: quorum Cedrenus adeò fuit imperitus rerum Francicarum, vt dixerit Reges nostros habuisse in spina

dorsi pilos, ficut porci fetas. & ideo fuisse appellatos fetatos siue fetigeros. Quid ais Scholaris Balduinice? annon hæc illius Cedreni monachalis scriptoris formalia verba sunt, quæ refutantur in Frâcog. c. 9. Tertia solutio est, quia in historicis, ficut in Docto. & in Consiliar. parlamenti, & aliis iudiciis, pluralitas idem sentientium semper superat: vt not. *Specul. tit. de dispt. & alleg. §. 3. versi. studeat.* quia facilius inuenitur quod à plurib. queritur: vt dicit idem *Spec. tit. de aduoc. §. 3. versi. habito.* Sic est autē, quòd Hunibald. Eguinarthus, Luitprand. Rhegino, Sigebert. Vrspergensis, Gregorius, Aimoinus, Ado Vien. Oto Frisingēsis, Godfridus Viterbiēsis vnanimiter istud dicunt. Quare tot boni autores præferendi sunt duob. longinquis, alienigenis, Græculis esurientib. qui aliter tradiderūt: cū etiam in fortiori manifestum sit, quòd testibus dignioribus, etiam pauciorib. magis credatur, quàm pluribus indignioribus. *Bart. & Alex. in l. 3. in prin. ff. de testib. Bald. in l. testium, II. col. C. cod. gloss. 4. q. 4. §. in testibus.* Sequitur septima Massoni stultitia, quam si dilucidi interualli tempore pronuntiasset, credo certē quòd læsæ maiestatis Regiæ non immerito accusari potuisset. Sed euidenter apparet, quòd humor melancholicus inficiens eius cerebrum, & perturbans atque obnubilās spiritus dominabatur in ipsius capite: cū pag. 8. ita loquitur: *Pipinum qui Childerico reprobato Rex factus est, violato iure regnū occupasse.* Atqui si violato iure Pipinus regnum adeptus est, consequenter fuit Tyrannus, & per secundam consequentiam tota eius prosapia tyrannicē regnum possedit. neque hæc clausula quam subiūgit illum excusat: *Posterius tamen eius successionē & hereditario*

iure regnum tenuere. Nam si tu, Massone truellifer, sub aliquo bono doctore brodium iuris degustasses, bene intellexisses, quòd heredes in malam fidem & vitium defuncti succedunt. *l. si ego, s. pater, ff. de public. l. cum heres, ff. de diu. & temp. l. j. C. de prescr. long. temp. l. litigator. & ibi DD. C. de fruct. & lit. exp.* Vter igitur est magis criminofus laſæ maiestatis, massonus, qui totam Carlouingiorum profapiam tyrannicam appellat, an Hotomanus qui per tam multos bonos autores manifestò probauerat, prædictum Pipinum à Statibus regni electum, iustum & legitimum Regem fuisse? Pipinus (inquit God. Viterb.) per Papam Zachariam ex electione Francorum Rex factus est. Pipinus (inquit Aimoin.) per Francos legitimè in Regem electus & per regni procures leuatus est. Hæc illorum verba sunt ad litteram. Sed videamus, quid noui Massonus alleget. nam in meo Monitoriali produxeram vltra antiqua duo magnæ autoritatis exempla, ex quibus Parlamèti trium Statuum supremissima potestas eligendi & deponendi Reges ineuitabiliter ostendebatur. Vnum erat de Odone, quem Franci (vt Rhegino & Sigebertus scribunt) neglecto Carolo Ludouici Balbi filio Regem sibi anno 888. delegerunt. Item alterum sub 925. quo Franci reprobato Ludouico Caroli Simplicis filio Rodolphum Richardi Burgundionum Ducis filium elegerunt. Audiamus, quid replicet Massonus, *Quid mihi* (inquit) *Odinem, quid Rodolphum memoras?* quia (inquam ego) testimonio sunt, Parlamentum Statuum habuisse per ea tempora potestatem reprobadi Reges & alios eligendi. Sed Odo ille (dicit Mass.) fuit ingratus erga suum dominum. nam cum in Galliam venis-

set cum vno famulo, à Rege Carolo magnas dignitates obtinuerat: & tamen regnum mortuo suo domino (reiecto eius filio) occupauit. Verba Massoni hæc sunt: *Siquis scire cupit quàm ingrato animo hic Odo fuit, Vitichindum Saxonem legat. Reperiet Odonem vnus serui, cum in Galliam venit, dominum, perfidia sibi regnum vindicasse, spreto Caroli pupilli sui pueritia.* Audi nunc Massone noster, quid respondeamus. Odo iste proauus fuit Hugonis Capeti: sicut omnes fatentur: vnde illustrissima Capeuingiorum nostrorum familia originem duxit. cum tu perfidum & ingratum describis, & perfidia regnum inuolasse affirmas. Vter nostrum læse maiestatis criminiosior est? nam si perfidia regnū occupauit, tyrānus fuit. Heredes autem (vt modo diximus) in defuncti vitium & malam fidem succedunt: intantum, quod mala fides auctoris noceat heredib. in infinitum, & impediat præscriptionem. *Bar. in l. neratius ff. de pet. her. Alex. consil. 89, vol. 2. & consil. 80. vol. 4. Barth. in l. si. C. comm. de vsucap.* Profecto tu bene mereris habere stipendium sexcentum librarum à maximo & potentissimo Rege, pro scribenda historia Gallica, qui dicis eum progeneratū ab homine perfido & tyranno, & qui vnus tantum famuli dominus venit in Galliā. O bardocuculle Iesuita, quomodo tractaberis in Regis culina, si istud per D. Cancellarium de chiuernio maiestati eius renuntietur? Certè tu maledices horam in qua fuisti natus, aut vnquam crabrones aculeatos irritasti. Atqui appendix Aimoini libr. 5. cap. 42. testatur, hūc Odonem fuisse filium Roberti Comitis Andegauorum qui fuit (inquit) Saxonici generis vir. Tanti ergo Principis filius vnici seruuli dominus fuit?

sic

fic *Massonus* *Vitichindum* scripsisse affirmat. At *Massonus* (salua lectoris reuerentia) per suam impudicam gulam mentitur. Sed cum *Odo* clam ad Regē venisset, vno tantum (ait *Vitichidus*) seruo comite contentus fuit. Hæc sunt formalia *Vitichindi* verba. Quid? annon aliud est vnus seruuli dominum fuisse, aliud vno seruulo comite contentum esse? Iam verò quæ perfidia & tyrannis fuit in *Odone*, vt *Massonus* arguit? Nam *Aimoinus* de eo sic scribit: Paruulum optimè fouit ei que semper extitit fidelis. Et *Vitichindus*: *Odo* eū & regno pariter & nomine paterno declarauit. Quantus autem vir *Odo* ille fuerit, *Vitichindus* his demonstrat verbis: Perfecit cōsilio suo vt cum *Danis* bene pugnaretur: vnâque die ex eis centum millia caderentur. Ex quo ille vir clarus & insignis habitus fuit. Atque hæc quidem de *Odone*. In quantum verò pertinet ad electionem *Rodolphi*, quem *Franci* spreto *Carolo* simplice & eius filio Regem elegerunt, *Massonus* ex *Vitichindo* dicit, eum contra ius fasque constitutum. In quo iterum *Massonus* Reges nostros tyrannidis accusat. At *Aimoini* appendix cap. 42. dicit, eum religiosissimè sceptrum Gallie gubernasse per XII. annos: quia valde seuerus (inquit) extitit, in *Paganis* sancte Dei Ecclesie prædonibus. coercendis. *Rhegino* lib. 2 sub an. 925. Omnes *Frâci* (inquit) à filio Regis deficientes, quendam *Rodolphum* sibi Regem eligunt. Quinetiam *Annales Rhemeneses*, qui nondum (vt puto) impressi sunt, ita loquuntur: Audito *Franci* quòd *Carolus* *Normannos* ad se venire mandasset, ne illi coniungerentur, inter *Carolum* atque *Normannos* cum *Rodolpho* medij refederunt. Tumque *Ca-*

rolo trans Mosam refugiente, Rodolphum cūcti Regem eligunt. Quænam illi fortissimo Regi à Massono tyrannis potest obiici, cū id quod sibi vnanimi populorum omnium consensu defertur, non recusat? sicuti videmus nuper in regno Poloniae accidisse. Sed Massonus Balduini scholaris fortius opponit ex eodem Vitichindo Saxone, quod ille contra ius fāsque sit Rex cōstitutus. Sed solutio est facilis. quia Massonus non bene & ordinatè distinxit textum Vitichindi. Nam verba hæc: REX CONSTITVTVS, non ad Rodolphum Gallia Regem referuntur, quasi contra ius fāsque constitutus fuisset. alioqui Vitichindus nūquam suum Imperatorem Henricum tantis laudibus exaltasset, quod vsque in Galliam ire voluisset, vt illum Regem cuidam suo subiecto placaret. Sed illa verba REX CONSTITVTVS, ad prædictum Henricum nouum Imperatorem constitutum pertinent, quem passim & vbique Regem appellat. Verba igitur Vitichindi sic distinguenda sunt: Inter quos Heribertus gener Hugonis cum ei Rodolphus cōtra ius fāsque omne aduersaretur, Rex constitutus, vt ei apud dominum suū præsidio esset, supplicauit. Ipse enim Rex talis erat, qui nihil negaret amicis. perrexit igitur in Galliam. rex regem alloquitur, & perfecto negotio reuersus est in Saxoniam. Ita sumus facillimè expediti de fatuis oppositionibus & disputationibus Cercopitheci, scholaris Balduini Triapostatae. Reliqua deinceps videamus. Nā cū rabula mercede conductus auctoritati Parlamenti trium Statuum derogare vellet, idest, morem maiorum extinguere, *Cōcilium publicum* (inquit) *Euripus est: & raro sapientia populus, sapius ira & im*

petur regitur. Quasi vero trium Statuum conuentus regatur à plebe, & non (vt Claud. Seyffellius Archiepiscopus in sua Monarchia Franciæ demonstrat) à legatis Nobilium & Ciuitatum Franciæ, qui cùm grauitate & sapientia, & dignitate aliis præminerent, eliguntur, & cum instructionibus ac mandatis ad illud Parlamentum mittuntur, vt necessitates populi & boni publici exigentias Regiæ maiestati communicent: sicuti Barth. in l. 2. C. de legat. lib. x. Præses prouinciæ (inquit) conuocat Parlamentum in prouincia: & in eo proponit quod respicit vtilitatem publicam. & mox: Nota quod præsides prouinciarum coadunant vniuersale Parlamentum prouinciæ. quod intellige, non quod omnes de prouincia debeant ad illud ire: sed de omnib. ciuitatibus deputantur ambasiatores, qui ciuitatem representât. Et in eandem leg. Ioannes de Platea: Vbi super aliquo (inquit) prouidendum est pro vtilitate totius prouinciæ, debet congregari generale Parlamentum. At Massonus truellifer cùm venerandam Sacræ Cæsareæ maiestatis Spirenses Cameram appellasset Popinam Germanorum vino madentem, nebulo perfricta fronte & meretricia impudentia indignatur, quod sit appellatus Cucullus, siue Cucullatus: scilicet, quia cùm fuisset Iesuita Billoni in Aluernia iecit cucullam ad vrticas. Vnde potius dici deberet Excucullatus. Salue igitur domine excucullate, salue Recucullabilis, & per omnes casus Percucullabilis. Cucullati verbû ad te propriè pertinebat, Massone: non ad tuam contingibilem vxorem, de qua loqueris pag. 9. b. *Vxor* (inquit) *mibi nulla est, nec vnquam fuit.* Nec mirum Massone. siquidem Balduini præceptoris tui si-

D.

milis es, quem omnes dicebant esse Hermaphroditum. Nec obstat decisio glossarū & doctorum, quod sexus magis inualescens debet attendi, & sic determinari: quia multi dicunt, te cū esses nouitius Iesuita, Romæ & Neapoli. Sed reprimā me: vsque dum maiorem tuæ vitæ informationem habuero. Quidquid sit, tu rabiose Hermaphrodite, pag. 9. scribere ausus es de piis matronis quæ Geneuam propter cruentas carnificinas vestras profugerunt, quod si quæ formosæ essent, reduci deberent in Galliam vt maritos facerent cornutos: neque considerasti, quod isto dicto duas res confessus es: primū quod ergo Geneuæ adulteria puniuntur: deinde quod verè dixit Ioh. Faber, magnus inter antiquos Gallos doctor & practicus, quod in Francia nunquam fuit auditum adulterium puniri nam hæc formalia ipsius verba sunt in §. *ex non scripto*, *Inst. de iur. nat.* & idem refert & exclamat Benedict. in *cap. Rainutius*, de *testam. verb. cuidam petro. part. 2. num. 63.* Neque vero inter istas Truelliferi nostri fatuitates & insanias prætermittendus est silentio morbus eius, & suorum sociorum mirabilissimus, quod cū ea quæ scribuntur trans Alpes, & mirabiliter irascuntur, quando vident quod dicantur quædam de præsentī statu Italogalliæ: quæ verò in ipso meditullio Galliæ scribuntur, & cum priuilegio Regis & Parlamenti imprimuntur, sicco pede trāseunt. velut est ille notabilis passus Chassanæi, præsentis in Parlamēto Burgundiæ, in suo Catalogo glor. mundi. 40. consider. part. 5. vbi ad litteram ita scribit: Videmus in multis quod non est bonū Reges nostros semper credere suis matribus. & ideo refert Gaguinus lib. suo decimo de Rege Ludoui

Ludouico XII. qui in suo testamento ordinauit Carolo VIII. eius filio, ne matri suæ crederet. Hæc Chassanæus ad litteram. Quinetiam subuenio me iam de notabili passu Guyerij, Practici sollemnissimi in glossa pragmat. sanctionis initio, in verbo *Susceptore*: ubi qualis quâtaque sit super Regem trium Statuū autoritas, ita ostēdit: Cum *negotia concernunt* (inquit) *administrationem regni, debet Rex etate minor exercere illa cum autoritate sui curatoris.* not. Barth. in l. *quidam consulebant.* ff. de re iud. de quo Oldr. conf. 52. Ioh. And. in add. Specul. tit. de tutel. Imola & Dominic. in c. grandi, de sup. neg. præ. in 6. nisi aliter pro bono regni (arripe aures tuas asininas Massone) per regnicolas ordinaretur: ut factum fuit de Rege moderno in tribus statibus Tironis congregatis. & aliquot post foliis in verbo Excoluerunt: Roberto Francorum regi filio Hugonis Capet, orāti pro pace in ciuitate Aurelianēsi, crucifixus respondit, quod non haberet pacem in regno suo, donec blasphemias & crimina notoria extirpasset. Quod verbum aureum Guyerij facit me subuenire de illo, quod dicit Calcaneus conf. 24. capio primum, coll. 3. quod semel fuit responsum venerabili Bedæ oranti pro pace Italiæ, Beda Beda tace: quia Italia nunquam erit in pace. Eiusdem mirabilitatis est quod isti sycophantæ & assentatores tātōpere clamant cōtra librum Francogalliæ, qui cupiebat restituere parlamentum trium Statuum, cū tamen Innocent. in c. quanto, De re iud. in 6. tam terribiliter insurgat contra Reges, qui negotia regni maiora (verba illius hæc sunt formalia,) expediunt suo sensu, vel cum paucis assentatoribus. cū deberent conuocare maiore partem sui regni. Similiter Lug-D. ij.

duni impressus est anno 1572. per Benoit Rigaud libellus in 16. intitulus *Dignitez du Royaume de Frâce*, in cuius præambulo reperiuntur hæc verba: *Les Roys de France font les estats de indicature venaux, tout ainsi que Vespasian & Helio gabale, & est bonie de punir celuy qui achette en gros, & vèd en detail.* Sed quid allegamus alios? nam ipsemet mafsonus in libello intitulato *Sermo Gallix Regem salutatis ex Polonia redeuntem*, ita loquitur, *Turis custodem te esse oportet. Esse autem qui poteris, si magistratus erunt venales? Qui emit, vendat necesse est, & quidem pluris, quam emit: tamen si numerum magis, quam emptionem horreo.* Iam enim plures sunt in singulis oppidis magistratus, quam familie, quam ædificia, quam putei. O bardocuculle annaligraphonides! quid dicent Consiliarij de priuato consilio, qui regnum administrant, & tibi sexcentum libras annuatim dant ad scribendum historiam? nonne clamabunt quòd tu es hermaphroditus in negotiis status, sicut fuit Balduinus in negotiis religionis? Interea tamen tu habes pecuniam Regis: & quod tenes, bene tenes: vt ille Plautinus, qui tuo nomine sic appellatus est:

„ Argenti exterebronides, nummorum expalponides:

„ Dololoquidorus, nugipoliloquides:

„ Quod semel arripides, nunquam postea eripides. Redeundo ad propositum, quæro quomodo tantopere irascaris Transalpinis, & Transmontanis: & adeò sis sollicitus quid fiat aut quid dicatur, aut quid scribatur extra Galliam? cùm Lugduni permittatur imprimi cū priuilegio Regis And. de Ifernia in vsus feudorum, tit. quæ

fin

sint regal. in verbo, monetis: vbi expressè dicit quòd si Rex malè se gereret, populum tyrannifando, quòd potest per populum expelli, sicut Romani Tarquinium expulerunt. *l. 2. §. exactis ff. de orig. iur.* Quid? nōne Lugduni impressus est liber Paridis de Puteo, de Syndic. vbi pag. 337. ponit quæstionem, An liceat occidere Regem tyrannū: & latè discurrendo concludit, secundum Thomā de Aquino, quod meritoriū est occidere Regem Tyrannum. Profectò certum est, quod si Massonus diligenter legisset meum Monitoriale ad socium suum Matharellū, nunquā ita fatuè miseras chartas Prataei sui chalcographi commerdaſſet. Sed legendo meum prælibatum librum fecit more desidum scholarium, qui lecturas suas negligenter & sicco pede repetunt: vt dicit gloss. *§. i. auth. de quæstor.* & dum Doctorem legentem audiunt ædificant castra in Hispania, & tegulas domus enumerant: vt dicit gloss. *in l. vij. C. de stud. lib. vrb. Rom. lib. x i.* Restat vnum magnum rabiosi furoris argumentū. in pag. 10. vbi Massonus Germanos Regis amicos, appellat Porcos, & eorum hypocausta Porcorum haras. nam verba eius ad litteram hæc sunt, pag. 10: *Hypocaustum est hara egregiè sorbentium porcorum, quales esse in Germania incredibili numero non negabis.* Das dich gottes, dicunt isti Germani, & quid oportet isti cucullato cercopitheco? Et ponamus quòd sunt quidam ebriosi inter Germanos: an non sunt etiam multi schelmi & poltroni inter Italogallos? Nos amamus bonum vinum, quia vt dicit glossa, Bonum vinum purum lætificat cor hominis. *gloss. in l. i. ff. de peric. & comm. rei vend.* Sed in nostris conuiujs melius seruamus fidem simpliciter datam, quàm

vos in vestris hypocriticis sobrietatibus iurifiurandi sacramentum. Quando est auditum quod Germani triginta pauperum hominum pacatorum & quietorum millia ita crudeliter & proditoriè occiderunt, vt vos fecistis in festo sancti Bartholomæi? vtrum execrabilius est, inebriari vino an sanguine humano? vtrum detestabilius crimè est crudelitas, an ebrietas? Sed omiſſis cholericis istis argumentationibus & disputationibus, viso themate proposito, inuocando poetarum more Dom. Papam sedentem in Dreketali sede, post imaginatiua, non sedis apostrophica, sed humillima pedum oscula beatorum, & respondèdo ad consultationem mihi transmissam, ita determinandum censeo. Cùm Pap. *Massonus* Iesuitaster toties in suo libro loquatur de canibus, de molossis, & de lacu Geneuensi, clamās, & vlulans, vt *Theodorus* proiciat *Hotomanū* à quo se morsum esse intendit) in lacum Geneuensem, magnam esse præsumptionem quod prælibatus *Massonus* accidenti rabioso correptus est: attēto & cōsiderato, quòd cōsuetudo rabiosorū est, vt semper somniēt de canibus, de aquis, & stagnis, de lacubus, de fluminibus, de fontibus, de aqua æstiuā & quotidiana, de aqua pluuiā, & aquæ pluuię arcendę: vt *Galenus*, *Dioscorides*, *Posidonius*, *Aetius*, *Rufus* & moderni omnes vnanimiter testātur: sed maximè de aquis clavis & nitidis, qualis est illa lacus *Gebennensis*: quem morbum vulgariter scribentes omnes *Hydrophobiam* appellant. de quo scribēs *Matthiolus* dubitandi rationem dicit esse mirabilem: quoniam cùm aqua & maximè clara, sit optimum remedium contra rabiem, tamen omnes rabiosi mirabiliter illam exhorrescunt. & si prope il

pe illam adducantur, trēpidant, tremunt, sudant, crepitant, suāsque brachas permingunt, & incagāt: dicētes se videre in illa canes à quibus morfi sunt. Sic *Massonus* imaginans se morsum ab aliquo cane, siue molosso, prope lacum *Gebennēsem*, horribiliter ad illius mētionem trepidat, tremit, sudat, nauseat, suāsque brachas permerdat. quæ videtur dici posse, attenta qualitatē *Iesuitæ Romipetæ*, & *Neapolipetæ*, non hydrophobia: sed *Geneuophobia*, vbi sodomitæ viui comburuntur, & monachi calumniatores virgis cāduntur: OB HAS CERES, quoniā quidem medius fidius iura præcipiunt, vt in dubio viam benignitatis sequamur: c. in fi. *De re iudic. l. benignius*, ff. *de leg. maximè in miserabilibus personis*, vt sunt furiosi, & mēte capti: sicut dicit *Ias. in l. inter pares in j. notab. ff. de re iud.* quod pronunc, hoc est pro anno currēte 1575. melius erit *Ioh. Papirium Massonum* non remitti ad sanctum *Hubertum*, qui rabiosos sanat: sed potius ad sanctum *Mathurinum*, vbi iacet præceptor suus *Balduinus* cognomento *Ecebolius*: atque ita procedendum. primum vt *Massonus* secundum antiquam consuetudinē ab ipsis qui sunt de sua parentela ligetur: de qua cōsuetudine *Bal. in l. 2. C. que sit long. cons. Alex. post. Bart. in l. cōgruit ff. de off. pres.* dico autem per eos qui sunt de sua parentela, hoc est *Massonos* truelliferos de *Foresta*, siue *Segusianos*: quoniam furiosus est custodiendus ab iis qui veniunt ab intestato: aliàs ei non succederent: vt dicit *Car din. in clem. j. de homicid.* Addo etiam de superabundanti, quod duplici vinculo est ligandus, quia duo vincula sunt fortiora vno: vt not. in *auth. itaque, C. commun. de success.* secundo vt duobus vinculis ligatus deducatur ad

prælibatū capitulum Mathurinorū, præeunte Antonio Matharello Aluernogena, cū suo caperone viridi in capite, tintinabulis in tibiis, & vesica in manibus: qui prædictus matharellus fringātissimè moresquā vnā chorizet, de corpore gayo & frisco, cū musica Ionica: quæ magnā virtutem habet contra humores istos atrabilarios & morbos freneticos, ad excitandā lætitiā & iucunditatem, vt dicit Leonard. Ioachin. lib. 9. attēto etiā quòd secundū Matthiolum qui morfi sunt à Tarentulis nullo alio medio sanantur, nisi saltādo, & tripudiādo cū instrumentis musicis. q̃ si furor Massoni nō cesset, protunc nō procedatur vltrā: quia dum furor in cursu est, currēti cede furori: vt dicit *Specul. tit. de aduocat. §. 5. vers. itē stādo*. si cesset, tū verò introducendi (heu pietas, heu massonicis compassio rebus) introducendi, inquā, duo magni ribaldi, valētes & exercitati virgatores, qui ad cadentiā prædictæ moresque matharellonicæ flagellent eū ter in septimana à principio *Miserere* vsq; ad *vitulos*. nō per modū pœnæ (quia furiosus satis ipso furore punitur, *l. diuus, ff. De off. præf. l. pē ff. de paricid.*) sed tantum per modū charitatiui cōmonitorialis: continuando talē charitatiuā cōmonitionem vsq; ad annum: quo morbus iste furoris & dementiæ durare præsumitur: vt dicit *Card. in c. inter canonicos, De elect.* & vt post lapsum anni maturo cōsilio determinetur quid erit agendū: & cōsiliū ex re & tēpore capiatur: secundum aureū dictū Ioh. Andree: quod nouis emergentibus negotiis noua consilia capienda sunt: vt per Bart. in *l. 1. ff. de vët. inspic.* Et ita iuris esse arbitror, saluo melius sententium iudicio.

FINIS.